

THESES,

QUAS

IN EXERCITIUM STIPENDIARIORUM
AD ACADEMIAM IMPER. ABOËNSEM,

CONS. MAX. VENER. THEOL. FACULT.,

VENTILANDAS SISTIT

MAG. GUSTAVUS GADOLIN,
S. TH. D., ARCHIPRÆPOS., PRIM. THEOL. PROF., IMP. ORD.
DE WOLODIM, IN IV CL. EQUES,

Respondente

CAROLO FREDRICO WIDENIO,
BOREAFENNONE, STIP. DE LA MYL,

In Auditorio Philosophico die XIV Decembris MDCCCXX,
horis 3. m. solitis,

ABOË, Typis FRENCKELLIANIS.



Thes. I.

Ecce vetustatis hominibus eos, qui revelationis lumine fuerint destituti, primum per denatorum imagines, somniantibus obversatas, in vitæ post mortem continuandæ incidisse suspicionem, e qua post secula tandem existeret varia amplificatior & pasim certior ac ad philosophicam rationem accommodatior de animi immortalitate, de futuro remunerationis statu duplici, & de ceteris inde nensis, doctrina, veri præbet speciem. Cfr. v. c. quæ in Homero de occido Patroclo ante funus ei factum Achilli in somnio visto leguntur.

Thes. II.

Hebraeorum Σινώ, fere ad similitudinem sepulcrorum gentilitorum fictum, infantiam humani ingenii, rudimenta philosophiæ ponentis, sapiens, haud iis, quæ religionis res postulat, sufficere, nemo facile negabit. Verum in hac prima futurorum nec artificiose adumbratione gentem ad Christi usque tempora non substitisse, & per se probabile est, & certis historici generis argumentis confirmatur.

Thes. III.

Præstantia christianæ religionis, ut in universum ex interna ejus vi & efficacia, ita ex solatio, quo animos erigit demisfos, cernitur. Nec decet Christianum dolores ultro alere & augere, sed compescere, mitigare, finire, ut lætissimus concipiatur fiduciæ & spei sensus, servilem metum removens, amorem Dei verum vitamque spiritualem omnem excitans & sustentans.

Thes.

Thef. IV.

Quanquam non negandum, toleranter haud raro ferri, quæ mutari non possint, est tamen, quod in fatalismi defensores quosvis monendum, ut de christiana religione vehementer lætemur, quæ παισαν την μεριμναν ημων conjicere in Deum, οτι αυτω μηδεπ περι ημων, nobis permittit, & ταπεινωθησαι υπο την πρατακαν χειρας του αυτου, non scil. ingrauescentem nisi ut πρας υψωση εν καιρῳ, nos jubet, 1 Pet. V: 6, 7.

Thef. V.

Adversorum utilitas verius & ad miserios recreandos aptius proponi non potest παιδεια illa religioni nostræ propria notione, calamitatibus adjecta. Paternæ sublimum curæ & educationi; παιδεια, uios, & quidem dilecti, sumus; παιδαν vero est castigari, ut sapiant. Ergo το παιδευειν est beneficium ac parentalis pietatis documentum; quod si nobis non contingere, seclusi essemus e cœlesti amore, quasi νεθοι, και ουχ uios. Verum eruditior noster & formator est ο πατηρ των πνευματων, a quo quaecunque in nobis summa & præstantissima sint, accepimus; cuius παιδεια est ab omni parte salutaris & εις το μεταλλαξειν της αγιοτητος αυτου conducens, sensibus quidem, ubi obtinet, haud grata, sed dolore afficiens (περι μεν το παιδον ου δοκει χαρας εναι, αλλα λυπης), at olim υσερον), postquam adoleverimus, peracta exercitatione, consummatam felicitatem nobis afferens (καιπον ερημικον αποδιδωτι δικαιοσυνης), Hebr. XII: 6 — 11.

Thef. VI.

Quamvis philosophi veteres plurimi egregia omnino multa de morte disferuerint, ut ejus horror excuteretur, saltum minueretur, longe sublimiorem tamen & certiorem ac solatii pleniores hujus ultimæ, omnibus fabeundæ, vicisitudinis notionem Christiani divino suo Magistro acceptam debent. Qui Sanctissimus Salvator, Joh. XIII — XVII, atrocissimum

sum & tētērīmū sibi paratum ac instans supplicii genus
accurate p̄dicens, *mōrtis* vocabuli usum plane p̄tērmit-
tens, nec in cruciatibus lethalibus, quæ impenderent, h̄erens,
loquitur suum iter, abitum, discessum e mundo, post q̄am
migrationem mundus Eum non esset visurus, redditum ad
Patrem, in domum paternam, ubi sunt *μονας πελλας*; nec
dicit se esse jam *mōrti proximum*, sed *οὐν ετι εναντι εν τω*
νοσησι, se *δοξασθησαι*, se discipulorum gratia abiturum, ut
iis consulat, iis *εγενηση* paret, ad eos mittat adjutorem, *το*
πνευμα της αληθειας; & quæ reliqua sint vere divini hujus
valedictorii sermonis.

Thef. VII.

Pariter longe eminentiora iis, quæ in profanorum scri-
ptis obveniunt, sunt varia illa ab Apostolis ad leniendam *mōrtis*
acerbitatis & tristitiae cogitationem, ad avocandum a foedi-
tate putrefcentis cadaveris mente volvenda, ad futurorum
spem excitandam & roborandam, e vitæ communis rebus
translata, v. c. de migratione e tentorio, terrestri domo, di-
versorio, in sedem multo meliorem, de depositione tegumen-
ti, de semine sato, pereunte quidem, sed iterum efflorescente
(*σπειρεται σωμα ψυχικον*, *εγενεται σωμα πνευματικον*, 1 Cor.
XV), rel.

Thef. VIII.

In primis magnam ad fidem & sincerum bōni studium
habet vim Christiana de serie continua, qua hanc vitam alte-
ra, inde nexa, excipiet aeternum duratura, de corporum
resurrectione, cœlesti gaudio, doctrina; cui partim illustrandæ,
partim confirmandæ, p̄cipue inservit Salvatoris ad vitam
reditus, in cœlum adscensus, *δοξης* apud Patrem, regii mune-
ris, & futuri ad judicium adventus, in SSa. frequens, pia ac
diligens & feria commemoratio.